

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

De aliis rebus vitændis à Superiore, dum recipit à subdito rationem
conscientiæ. Cap. XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78821)

quod interim pluribus defectibus eius, vel eorum auditis ab aliis, rationem conscientiae sedentibus, eos bene lauant & confundant. Et adhuc peius esset, si Superior alicui alteri dicere, id est se eum referuare pro ultimo loco, quod habeat contra illum aliqua puncta. Haec enim minae communicatae cum altero, non olen patris, sed Iudicis severi spiritam, & vehementer auertunt, si rescantur, a syncera sui manifestatione, & benevolentia necessariâ erga Superiorum, quam Superior a Societate iubetur querere, & conciliare in subdito, non vero dare causas eam non habendi.

88.

Quarto. Neque is Superior patrem ageret, immo nec nomen Iudicis mereretur, si in ratione conscientiae rogarus ab aliquo subdito, ut si quid contra eum haberet, ei diceret, nihil habere, & interius sciret subditus, se a Superiori ante coram aliquo esse traductum, & se esse in malâ apud Superiorum opinionem: vel si post redditum rationem conscientiae, hoc ipsum recircet à Superiori post rationem conscientiae redditum, alicui alteri esse dictum. Incredibilius haec auertunt etiam bonos, ne se Superiori vnguia syncera manifestent, sed tanquam carnificinam quandam horreant sui manifestacionem: vi de facto multi horrent, experti talium Superiorum procedendi modum, qui ne quidem in his bonis Iudicibus curvitur.

89.

Quinto. Etiam hoc auertit à syncera sui manifestacione, dum se manifestans, aduerit in Superiori vel malam de se Superioris opinionem, vel suspicionem rei alicuius grauis, quamclarè Superior proderet, si subdito, respondentem ad punctum illud 2. Instructionis de reddendâ ratione conscientiae: Quonodo se habeat circa Obedienciam, Paupertatem, & Castitatem, post auditos aliquot eius defectus veniales circa hæc, ei diceret certo quodam modo pronunciatis, redolente incredulitatem in Superiori: Puto vos in hac manifestatione non decipere Dominum Deum. Miror quod hos solum defectus leues circa vota dixeritis. Vel, (quod peius esset,) si diceret: Nuper Pater Spiritualis, vel Pater quidam obtinuit à me licentiam absoluendi quandam à casu reservato, suffici ne vos ille reveror ne vos in illi casu incideritis. Tali enim interrogatione, non extorqueribit à subdito, ut id manifester, aliqui sine illâ se aperiveris, si haberet animum syncera se aperiendi, alienabit autem à se valde subditum, hac de eo suspicione ei ipsi patrefactâ. Nam quantum Superior habeat ius sciendi, lapsus in casum reseruatum suorum, & subditi debeant eos manifestare, et si iam ab alio validè absolutos; tamen yelle id tunc recire à subdito, non prodesset, quia ei non diceret, si per se ante non dixit, noceret autem plurimum, quia sic eum à se magis auerteret. Quocirca, si etiam in eo casu, in quo sub peccato mortali quis tenetur alterum corrigerem, non debet id facere, nec obligatur, & stulte id facheret,

& cum peccato, quia esset sermo otiosus, quia nec necessarius, nec utilis, si non est spes emendationis, & periculum aliqui damni proprii; multò minus debet Superior, vii nec tenetur interrogare Subditum, an incident in referuatum, si illum per se non aperuit, quia non tenetur sub peccato hoc ab eo inuestigare. Immò nec debet, vii prudenter monuit P. Claudius in quodam Responso infra citando.

Quintùm, non tantum in ratione conscientiae Superior non debet se exhibere subdito tamquam male de eo sentientem, sed semper, saltem multò ante. Quâ de te p̄t̄clarâ (scripta P. Claudius in 1. ad Superiores epistola Manifeste pag. 80, inquit, appareat non aperiri medicamenta ianuam, sed oculi, cùm Superior suspicandi causam præbet, vel se manus diligere, aut male sentire, aut sperare de filio. Atque hanc, quam dico, fiduciam, Patres charissimi, non credere debemus, in ipso necessitatis articulo (qui solet esse, vel dum ratio conscientiae redditur, vel dum alio tempore, aliquis cum suâ tentatione, vel perturbatione recurrit ad Superiorum pro consilio, vel solatio, vel auxilio) in subditos gigni posse, licet tunc, amantisimis verbis eam efficerem conatur, sed necessarium est preterito tempore, variis occasionibus, ac beneficiis, tum ostendendo curam etiam corporalium illius necessitatum, tum familiarium cum ipso agendo, tum denique alius rationibus, apud eum. Et alias communiter hanc anoris opinionem collectam esse demonstrando. Parum cauta est simplicitas, inquit S. Nazianzenus: Minime enim suspicatur oratio, improbitatem, cuius animus ab improbitate liber, ac purus est.

CAPUT VNDECIMVM.

De aliis rebus vitandis à Superiori, dum à subdito recipit rationem conscientie.

Exiò. Cùm contingat in ratione conscientiae reddendâ, ut subditus referat aliqua de aliis, emendatione vel correctione digna, si tunc Superior aliquid diceret contra sic delatu, quod si resciere delatus, offendetur, non bene Superior suo officio tunc fungetur (etiam iudicio P. Claudij, id ventatis fieri, alio quoque tempore) duas ob causas.

Primo, quia ordinari contingit, audita tunc à Superiori referri alicui alteri amico ex conscientia, (etsi id Superior prohibuerit) unde tandem res veniunt ad aures delatu, quod solum in causa est, ne delatus postea velit se syncera Superiori aperire, sciens sui non bonam factam mentionem coram illo altero, qui ei reddit rationem conscientie.

Secundo, ille ipse, qui conscientiam Superiori reddendo audiuit talia ab eo dici, de delato à se, meritò timere potest, ne & ipsi hoc ipsum contingat, dum aliquis alius, aliquid de illo dicit

Sup-

Sepiori in ratione conscientia. Et hac ratio-
ne & deferens, & delatus, habebit occasionem
non aperiendi in ratione conscientia ea, quae de-
le, & de aliis aperire deberet. Et dicet forte il-
lod vulgatum: *Hodie illi, cras mibi hoc ipsum contin-
get.*

Quid ergo tunc Superior facere deberet?

Respondeo, nihil prorsus dicat contra dela-
tum accipit rationem conscientie, sed
taceat, nil pro, nil contra, ostendens. Sed si de-
ferens diceret delatum à se, sibi esse causam aliqui-
us peccati, tunc hoc tantum potest deferentii
dicere, quod est necesse ad praeservandum eum
à lapsu futuro, contra delatum tamen nihil di-
cat, quod delatus nolle de se dici, quin potius
excusat, iuxta monitum S. Bernardi, vel inten-
tionem, vel inconsiderationem delati, aut igno-
rantiam, aut vehementiam testationis, aut quip-
pam aliquid adserendo in medium, quod culpan
delati vel possit excusare vel minuere. Hac enim
ratione & delatus ad Superiorum, si id reficiet,
concipiet magnum affectum benevolentiae erga Superiorum, & ei sincerè suo tempore se a-
periet, & deferens ad candem sinceritatem ma-
gis excitabitur, videns à se delatum, ita à Supe-
riori tractari quodammodo, quemadmodum
benignissimum cor leui tractauit illam faminam
accusatam, & in adulterio deprehensam.

Quando vero Superior haberet in suo domi-
cio aliquem validè dyscolon, vel occulè no-
centem Domesticis suā peruersa conuersatione,
& mala instillantem dictamina, & ob eius duriti-
tem, tentatis modis omnibus ad eum emēdan-
dum, non possit eum ad bonum statum redu-
re, tunc talium conuersationem non tempore
rationis conscientiae, sed multò ante, vel post il-
lam, omnino prohibeat iis, qui debiles cum sint,
& non solidi in virtute, possent ab eo corrūpi.
Et quidam Superior tunc id facere debet, cum
extra rationem conscientiae suos subditos allo-
quatur, & saltem semel in Mense, iuxta præ-
scriptum in Reg. 26. Prepositi, & 25 Rectoris. Ad
tempus verò rationis conscientiae, in quo nil eā
reddens vili odiofam, debet tractari, talia moni-
tanō reiciat, sed multò ante id faciat, vel po-
ste. Quod non erit Superiori difficile, si fideli-
ter suis considerationis horam sibi præscriptam
expedit. In eā enim etiā de his rebus cogitare
debet, quomodo paternè & blandè rationē cō-
scientiae suis exigit, ne tunc cogatur quenquam
irritare, & afflictiōnē à se dimittere. Et sic inue-
nit modos, quibus multò ante adhibitus, odio-
sa, ante expediet. Quamobrem prudentes Su-
periores, validè cauent ne ante tempus rationis
conscientiae immediatè reddenda, etiam poni-
tentias iustis contristent & perturbent breui
redituros rationem conscientiae. Et qui pru-
dentes, & cum Deo coniuncti sunt, benè inue-

nient modum suatum impediendi & emen-
dandi defectus paenā dignos, non irritando, nec
offendendo subditum, paulo post venturum ad
reddendam rationem conscientiae.

Septimū. Cum saepè reddentes rationem eō-
scientiae, sive ex vero & iusto zelo, sive ex inor-
dinato affectu soleant de Domestico aliquo,
Superiori voce, vel scripto referre aliqua, cum
aliquā exaggeratione, & significatione com-
moti contra aliquem affectus, si tunc Superior
non blandè, nec amanter, non ut pater, sed ut Iu-
dex statim condemnans eius dicta, vel scripta,
verbis valde pungentibus, ei responderet, præ-
fertim dicenti aliquid contra aliquem Superio-
ri charum, contra Societas præscripta cum eo
procederet. Vult enim Societas blandè, & aman-
ter, per modum patris, non iudicis, tractati red-
dentes rationem conscientiae, & ita dimitti à
Superiore, ut cum consolatione abeant, & cum des-
iderio redeundi sapias. Quod non facient, si à Supe-
riori sibi dici audiant, quod detrahant alteri;
quod pasquillos, vel libellos famosos contra al-
terum ipsi porrexerint; quod calumniati sint il-
lum, quod illi iniuriam fecerint: quod accusa-
rint meliores, quam sint ipsis: &c.

Hoc punctum est diuersum à primo, quia in
illo est sermo de subdito tantum de rebus suis
propriis agente, hic de agente de aliis.

*Quid ergo Superiori faciendum tunc, si de-
ferentem suspicetur falsa dicere?*

Respondeo, Nil determinando pro & contra,
dicat se rē consideraturum, & si opus erit,
adhibiturum remedium, & sic sine ullā confu-
sione dimittat à se eum, qui ei rationem conscientiae
reddidit. Post aliud verò tempus, re
bene perspecta, etiam non vocando datā operā
proper hoc solum, illum, qui de altero illa retu-
lit, sed occasione aliquā oblata, dum in eum oc-
currentem, vel transeatem, incider Superior,
quasi casu blande eum ad suum cubiculum in-
uitet, vel, si nullus est præfens, in ipso ambula-
cro, vel ambitu, dicat illi voce demissa & bland-
e, se rem examinasse, & prouidisse, & non in-
uenisse in eo statu, in quo visa est fuisse aliquibus. Hac enim suauis ratione, & ille agnosceret suū
defectum, si malitiosus fuit, & cresceret in bene-
volentia erga Superiorē, videns eum nō præ-
cipitem in ferendis, finistris iudicis de accusa-
to. Et hanc ipsam paternam agendi cum accu-
satō rationem, sibi quoque non defuturam
sperabit, si accusabitur in ratione conscientiae ab
aliquo: & ad sincerē se ei semper in illā ape-
tiendum excitabitur.

Quod si alio tempore extra rationem con-
scientiae deprehenderet, delatorem falso aliquē
accusasse, tunc acriter (intra tamen limites man-
suetudinis) debet accusatori ostendere, ac-
cusatum esse innocentem. Ita enim illi, quantū

N satis

Lancij Opus. Tom. 2.

satis est, eius falsitatem ostendet, & vt agnitus modis solitis & debitis expiet, & à se, iracundā reprehensione non adhibitā, non alienabit. Minus enim malum est, non punire tam grauiter accusatorem, prout mergetur, si is culpan suā agnouit, quām puniendo, prout meretur, eum ad indignationem, & murmuraciones & auer-sionem a Superiore, quandoque & ad vocatio-nis contemptum concitare. Sapientis est autem, inter duo mala minus eligere. Omittit breuitatis causa ad hoc confirmandum sacra & profana exempla. Certum est, Sanctos Pra-latos, in Ecclesiā Dei celebres, sic cum suis im-perfectis subditis cum magno fructu, & eorum subsecutā emendatione processisse. Alios con-traria incendentes viā, multos ad desperationem, vel ad peccata maiora incitasse, & nihil retulisse, utilitatis; sed sibi quoque multū nocuisse, cō-ciliatā à se subditorum alienatione, & nullā subsecutā eorum emendatione.

CAPVT DVODECIMVM.

96.

a. S. Th. in

4.d. 17.q. De fernandis aliis rebus in excipienda ra-tione conscientie.

3.a. 3.q. 4.

ad 5.

Palud.

ibid. q. 5.

Octauio.

Monet Societas Superiores,

vt in

Maio.

Alessio.

Altisiod.

Adrian.

Per. Soto.

Caic. Ca-

dus. Sot.

Medina.

Valent.

to. 4. d. 7.

Societatis esse posse.

q. 11. pān.

1. §. 6. Af-

xi.

fisiō.

Et

qui hos

autores

citat, &

aīalios

quoque

commu-

niūt id

fēcire. Et

infra citat

Idem do-

ceet sua. 2.

to. 4. 3. p.

d. 1. 3. f. 2.

Henriq.

1. 5. c. 12.

num. 5.

Bon. disp.

3. de pān.

in quo

incidi (pā-

s. t. 2. p.

2. 5. 4. dif-

fic. 4.

Filliuc.

11. 7. de

confess.

c. 5. q. 5.

Octauio. Monet Societas Superiores, vt in ratione conscientie ita procedant cum subditis, ne subditi modo procedendi secum Superiorum alienati, Theologicas ratiocinationes, & periculorum species excoquunt, quibus sibi persuadeant, se nullā lege teneri, ad se tanto cum damno detegendos. Et ait, hac opinione atque avocatione animorum, vice perniciens quicquam ad bonam administrationem Societatis esse posse.

Atqui omnia illa, quae suprà vitanda esse dicuntur, subditos ad tales ratiocinationes, & alienationes conducunt. Signum ergo est, etiam ex hoc effectu, modum illum à me improbatū, esse contra Spiritum & Institutum Societatis. Inter ratiocinationes enim noxias & Societati, & subdito, alienatus asperitate Superioris animus, validè apparet has menti imprimeret, & iuxta eas sibi formaret conscientiam, ac sua mala occultaret, discurrendo secum sic: Possum sine villo peccato, non confiteri quedā peccata mortalia, nunquam confessione expiatā, si probabilit̄ putem grauiter id mihi nocitum, vel alteri, sī tali Confessario N. illa in confessione diccam, vt est communis & certa sententia grauissimorum Theologorum a. Ergo multò magis possum non aperire Superiori duro & aspero, & non paternè procedenti, casus referuatos, in quos incidi (pās. t. 2. p.) quos extra confessionē sum validē ab alio) quos extra confessionē non teneor sub peccato mortali ei dicere, vt teneor dicere in confessione coram tali Sacerdote, à quo nō damni grauis timere possim. Itē, suggestere posset dāmon talibus aliam ratioci-

nationem huiusmodi. Quamvis quilibet sub peccati mortalis obligatione teneatur aliquando corrigerre peccantes mortaliter, tamen non tenetur illos corrigerē, si non speret emendationem, & timeat probabiliter aliquod sibi damnū inde securum. Cū ergo non teneat sub illo peccato me extra confessionem sincerè Superiori aperire, quia nulla Regula ex se nos obligat ad vilm peccatum, & expertus sum in me, vel in aliis Superiorē N. in ratione conscientie pessimè tractare subditos, & peius etiā, quām debeat iudicēt etiam iusti, qui tenentur ferre sententias contra fures, & latrones, sine irā, & commoti animi signis, vt & ipsi carnifices, dū eos supplicio capitis afficiunt. Ergo non teneor me illi aperire, sed me reseruabo ad Superiorē, suos paternē tractantem. Eſi teneat sub peccato mortali, rem alteri furto ablatam valoris triū ducatorum restituere, si possim, tamē non teneor ita illam ei restituere, vt agnoscat me illam furatum esse, ne patiar fama iacturam, quā dōctrina certissima est. Ex quā subditus imperfetus & immortificatus, deduceret talem cōclu-sionē: Ergo cū non sit obligatio peccati mortalis, vt me sincerè aperiam Superiori, non me illi candidē aperiam, quia scio eos, qui se cādide aperiunt, incidere in peiorē ab eo tractationē, quām sit infamia, quē incurritur ob agitum aliquis fortū trium ducatorum. Nē ergo ad has pernicioſas ratiocinationes, & similes alias, vel tentati, vel immortificati prolabantur, exigenda est ab omnibus ratio conscientia modo paterno, non aspero, & judicial, suprà improba-tionē sequentibus adhuc magis enucleando.

Nono. Etiam illa verba, vel eis similia, dicta post auditum rationem conscientiae: Dole, quād contra tem̄ habeam: non conciliari benevolentiam, siue ioco, siue serio dicantur. Ostendit enim Superiorē dolere, quād non habeat materiam, quāe eum faciat Iudicis partes agere, & dimittere confusum. Quasi verò illud tempus sit ad dicendum contra alios, cūm pro hac re totum habeat annum.

Dēcimō. Contra Societatis voluntatem est, nō tantum id quod suprà §. 6. retuli, dum Superior acceptā occasione à subdito nominante personam aliquam indigentem emendatione, contra illam dicit aliquid; sed etiam de personā à subdito non commemoratā in ratione conscientiae, diceret hēc, vel similia: Videmini mihi habere aliquid de spiritu Politico talis Patria, N. vel: Placebit mihi hēc vestra humanitas, & affabilitas, nisi tam dīcūtis ab hoc, vel à talibus N. N.

Vndeimō. Vehementer etiam terret subditos, si Superior, prāsertim Prōvincialis, accipiens rationem conscientiae ab aliquo, habeat expansionē ante se librum, vel chārram, in quā singulorum nominibus adscrībi solent defectus aliorum, qui Superiori vel aliās, vel tēpore visitatiōnis Domiciliij illius, referūtur. Et adhuc magis ea

103